



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258**

De SS. Montano, Lucio, Iuliano, Victorico, Flauiano, martyribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

VITA, & MARTYRIVM S. MONTANI ET SO-  
CIORVM EIVS, LVCII, IVLIANI, VICTORICI, FLA-

*uiani & c. scriptum elegantis tylo partim ab ipsis martyribus, partim ab alio  
quodam, qui praesens interfuit. Est certe historia leculu digna, appa-  
retque hos martyres S. Cyprianus fuisse discipulos, & paulo  
post illum pro Christo passos esse.*

24. FEBRVA  
Quidā vos  
lūt 18. Maij.



Donatian  
& Primolus  
in carcere  
obieuerat.

*Propterea  
tu uolo  
Prou. 22.*

*Ignis diui-  
nitatis extin-  
guitur.  
Dan. 3.*

*for. & com.  
minuens*

*Certamen  
sequitur p-  
miū, nempc  
corona.*

*Psalms. 118.*

Ilectissimi fratres, nobis nihil aliud est agendum, quam ut de Dei seruis & Christo eius dicamus, & de multitudine fratrum cogitandum: quanquam ratione hic amor per hoc officium ad has nos impulerit literas, ut fratribus post futuris & magnificetis Dei fidele testimonium, & laboris toleratiā per Dominū memoriam relinquemus. Post popularem tumultū, quem ferox vultus Pr̄sidis in necem constitauit, postque sequentis diei acerrimam persecutionem Christianorum, apprehensi sumus Lucius, Montanus, Flavianus, Julianus, Victoricus, Primolus, Renus, & Donatianus catechumenus, qui baptizatus in carcere, statim spiritum tradidit: necnon & circa Primolum similis consummationis exitus contigit. Nam & ipsum ante paucos menses habita confessio baptizauit. Igitur apprehensis nobis, & apud Regionantes in custodia constitutis, sententiam Pr̄sidis milites nunciabāt, quod die hesterno ardēs, nobis interitum minaretur. Nam ut postea quoquè verissimè cognovimus, exurere nos viuos cogitauit: sed Dominus, qui solus de incendio seruos suos potest liberare, in cuius manu sermones & corda sunt regis, furentem à nobis Pr̄sidis fatuam verit: & incumbentes precibus a fiduciis tota fide, statim quod petiuimus acceperimus: accensusque in exitum nostrā carnis ignis extinctus est, & flamma caminorum ardentiō Dominico rore sopita est. Nec difficile credentibus fuit, noua posse ad vetera exempla contingere, Domino in spiritu pollicente: quia qui gloriam istam operatus est in tribus pueris, vincebat & in nobis.

Tunc à proposito suo, Domino volente, cōfractus, mitti nos in carcere iussit. Quod deduci, non expauimus foedam illam loci caliginem: moxq; carcer tenebrosus, spiritu prolucente, resplenduit, & contra obscuritatis deformia, & cęca noctis coniecta, instar dici, fidei deuotio candida luce vestiuit, & ad summum ascēdebamus locum pœnarum, quasi ascenderemus in celū. Quales illuc dies duximus, quales transegimus noctes, exponi nullis sermonibus possunt: nec tormēta carceris vila affirmatione capiuntur: sed veremur atrocitatem loci, ut est, dicere, quia vb̄ tentatio est grandis, ille ibi maior est, qui eā vincit in nobis, & non est pugna, qua non sit, Domino protegente, victoria. Nam & occidi seruis Dei leue est: ideo mors nihil est, cuius aculeos & conniuens contentio nemq; deuinces Dominus, per crucis trophēum triumphauit. Sed & causa nulla armorum est, nisi quādō miles armandus est: nec armatur, nisi quādō congressio est: & in coronis nostris prēmium ideo est, quia certamen pr̄cessit: nec datur palma, nisi cōgressione perfecta. Sed paucis diebus visitatione fratum nos refrigerauimus. Nam omniē noctis laborem, diei solatium lēcitięq; abstulit. Tūc Reno, qui nobiscum fuerat, somno apprehēso, ostēsum ei est produci singulos. Quibus prodeuntibus, lucerna singula preſeribantur. Cuius aū lucerna nō pr̄cesserat, nec ipse procedebat. Et cū processimus nos cum lucernis nostris, expergefactus est. Et ut nobis retulit, letati sumus, fidētes nos cum Christo ambulare, qui est lucerna pedibus nostris, & sermo Dei.

Post ipsam noctem dies nobis hilaris augebatur. Et continuo cādem die subito rapti sumus ad Procuratorem, qui defuncti Procoſulis partes administrabat. O diem latum, gloriam vinculorum: o optata votis omnibus catena. O ferrum honorabilius atq; pr̄ciosius optimo auro. O stridor ille ferri, qui strepebat, dum trahitur per aliud ferrum. Loqui nostrum futurum solatium videbatur: atque nē hac iunctitate tardius fruēmur, à militibus, vbinā nos Pr̄ses audire vellet, huc atque illuc per totum forum circundūti sumus. Tunc nos in secretarium vocauit, quia ne cū hora passionis aduenierat. Vnde prostrato diabolo, viatores sumus in carcere reuersi, & ad alteram victoriā

am reseruati. Hoc itaque prælio victus diabolus, ad alteras se astutias vertit, fame nos & FAME & si-  
sti tētare molitus. Et hoc suum prælium multis diebus fortissimè gessit, ita ut quod ma-  
gī secum facere aduersarius putabat, ægrotatiū copia ad Solonē fiscalem & aquam  
frigidam laboraret. Hic autem labor, hec inopia, hoc ne cessatis tempus ad Deum per-  
tinuit, dilectissimi fratres. Nam qui nos tētari voluit, ipsum ut allocutionem in ipsa ten-  
tatione haberemus, se ostendit. Nam Victori presbytero, martyrii nostro, qui statim  
post hāc eandem visionem passus est, ostensum est hoc. Videbam, inquit, puerum huc in  
carcerem introisse, cuius fuit vultus perlucidus super splendorem inenarrabilem, qui  
nos deducebat per omnia loca, ut exiremus: egredi tamen non potuimus, & ait mihi:  
Adhuc modicum laboratis, quia nunc impedimini. Sed confidite, quia ego yobiscum  
sum. Et adiecit: Dic illis, quia gloriosiorem coronam habebitis. Necnō ad Deum suum  
spiritus properans, & anima iam proxima passioni, sedes suas requisiuit. Nam hunc eun-  
dem Dominum de paradiſo interrogauit, ubi esset. Cui ille ait: Extra mūdum est. Osten-  
de illum, inquit, mihi. Qui ait illi: Et ubi erit fides? Cumq̄e hic per humanam pusillita-  
tem dicret, Quod me mandas, tenere non possum: dic signum, quod eis dicam. Respon-  
dit ei Dominus, & ait: Dic illis signum Iacobi: Letandum est, fratres dilectissimi, ut pa-  
triarchis, et si non iustitia vel laboribus adæquari possumus. Sed qui dixit, Inuota me  
in die pressuræ, & eximam te, & clarificabis me: ad clarificationem sui \* fletus post  
preces, ad se habitas, commemoratus est nostrī, prius miserationis suæ denuncians  
munus.

De hoc enim sorori nostra Quartilloſa h̄c nobiscum positæ ostendit: cuius mulie-  
ris & maritus & filius ante triduum passi erāt. Ipsa quoquē h̄c residens, propinquitatem  
suam velociter subsecuta est, quæ in hunc modum, quod vidit, exposuit: Vidi, inquit, fi- Visio Quar-  
lium meum, qui passus est, venisse ad carcerem: qui sedens super labrum aquarium, ait: tillōs mar-  
tyris.  
Vidit Deus pressuram vestram & laborem. Et post hunc introiuit iuuenis mira magni-  
tudinis, qui ferebat phialas duas singulis manib⁹, lacte plenas, & ait: Bono animo esto-  
te. commemoratus est vestrī Deus. Et ex phialis illis, quas ferebat, dedit omnibus bibe-  
re. Quæ phiala non deficiebant. Et subito allatus est lapis, qui fenestram diuidit medius:  
sed & claræ fenestræ ipso medio allatae, liberat celi faciem admiserant. Et posuit iuue-  
nis ille quæ ferebat phialas, vnam ad dexteram, alteram ad sinistram, & ait: Eccè & satia-  
ti estis, & abūdat, & tertia adhuc phiala superueniet vobis. Et abiit altera dies, quæ post  
hanc visionem eluxit. Expectantes autem eramus horam illam, quando fiscalis non ci-  
bus, sed penuria & necessitas inferretur: quia cibus nullus nobis suberat. Nam & altera  
die ieuniū manseramus. Subito autem ut sicutib⁹ potus, esurientibus cibus, deside-  
rātibus martyrium obuenit: ita laboribus nostris refrigerium Dominus per Lucianum  
charissimum nobis præbuit: qui disrupto catenarum obice, velut per duas phialas per  
Herennianum hypodiaconum & Ianuarium catechumenum, alimentum indeficiens Præbetur  
omnibus ministravit. Hoc subsidiū ægros & laboratēs nimiū suffulsi. Eos quoquē tandem ci-  
bus Cōfessoribus,  
qui per eundem laborem, hoc est, per incommodum Solonis & frigidæ aquæ ægritudi-  
nem iam inciderant, ab infirmitate reuocauit. Cuius tā glorioſis operibus omnes apud  
Deum gratias agimus.

Iam nunc, dilectissimi fratres, & de amore, quem in nos inuicem habemus, aliqua  
dicenda sunt: nec instruimus, sed admonemus: quia sicut simul vnanimes sumus, ita  
& apud Dominum vna viuimus & oramus. Tenenda est concordia charitatis, & dile-  
ctionum vinculis inherendum est. Tunc diabolus prosternitur, tunc à Domino, quic-  
quid postulatur, accipitur, ipso pollicente ac dicente: Si duo ex vobis consenserint su- Matth. 19.  
per terram, de omnire quamcumque petieritis à patre meo, continget vobis. Nec alio Regnū Dei  
modo vitam eternam accipere & cum Christo regnare poterimus, nisi fecerimus nō obtine-  
quod præcepit faciendum: pro quo & vitam promisit, & regnum. Eos denique hēre-  
ditatem Dei consequi, qui pacem cum fratribus tenuerint, suo magisterio ipse Domi-  
nus enunciat, dicens: Beati pacifici, quoniā filij Dei vocabuntur. Quod exponens  
Apostolus, ait: Ut simus filii Dei. Si autem filii, & hēredes: hēredes quidem Dei, cohe-  
redes autem Christi. Si quidem compatimur, ut commagnificemur. Si hēres non po-  
test esse, nisi filii: filius autem non est, nisi pacificus: hēreditatem Dei habere non po-  
terit, qui pacem Dei rumpit. Et hoc non quasi admoniti dicimus, aut sine diuina osten-  
sione suggerimus.

Nam cùm Montanus cum Juliano habuisset sermones aliquos ob eam mulierē, quæ  
for. \* obre<sup>s</sup> ad communionem \* oppressit, quæ néc communicabat: cumq; post correptionē, quam  
pſit, in eam congefferat, in rigore ipso discordia mansisset: ostensum est eadē nocte Mon-  
Viſio Mon-  
tano hoc: V isum est, inquit, mihi venisse ad nos centuriones. Cumq; deduceret nos per  
tani,  
viam longam, peruenimus in campum immensum, in quo occurruunt nobis Cyprianus  
& Leucius. Peruenimus autem in locum candidum, & facta sunt vestimenta nostra can-  
dida, & caro nostra commutata, candidior est facta vestimenta nostris candidis. Ita aut̄  
perlucida fuit caro nostra, vt oculorum visum ad intima cordis admitteret. Et respici-  
ens in pectus meum, video quasdam sordes, & experretus sum in visione. Et occurrit mi-  
hi Lucianus, & retuli illi visionē, & aio illi: Scis quoniam sordes illae, illud est, quod non  
statim concordauit cū Julianō? Et in hoc experetus sum. Qua de re, fratres dilectissimi,  
concordiam, pacem, unitatem omni virtute teneamus: imitemur iam hīc esse, quod fu-  
turi sumus. Si nos in uitā iustos promissa prēmia, si terret iniustos poena prēdicta, si cum  
Christo esse & regnare cupimus, quæ ad Christum & regnum ducunt, illa faciamus. Opta-  
mus vos benē valere. Hęc omnes de carcere simul scripserant.

Sed quia necessè erat omnem actum martyrum beatorum pleno sermone complecti,  
quia de se & ipsi minus dixerant, & Flauianus quoquè priuatum hoc nobis munus in-  
iunxit, vt quicquid literis eorum decesset, adderemus, necessariò aliqua subiunximus:  
Cumque per plurimos menses reclusi fuissent in carcere, & fame ac siti diu laborassent,  
tandem sero produci iubentur, & ad prētorium Prēsidis admo ueri. Et omnibus quidem  
gloriosa voce professis, cùm Flauiani adiutorium reclamaret amore peruerso, nugans  
eum diaconum, quod confitebatur inter ceteros, id est, Lucium, Montanum, Julianum,  
Victoricum, dicta sententia est, Flauianusq; rursus receptus est. Et quanuis haberet plen-  
am doloris materiam, quod scilicet de tam bono collegio separatus est, tamen fide &  
deuotione, qua vixit, credebat id fieri, quod Deus vellet, & tristitiam solitudinis destitu-  
tæ, religione sapientia temperabat. Dicebat etiam, Cūm cor regis in manu Dei sit, quæ  
causa moeroris est, aut quarè succendendum putem homini, qui hoc loquitur, quod iu-  
betur? Sed de Flauiano postmodum plenius.

Interim ceteri ducebantur ad victimæ locum. Cōcursus vndiquè gentilium & omni-  
um fratum fuit. Qui quanuis obsequentes alijs & ceteris Dei testibus pro religione &  
fide, quam Cypriano docente didicerunt: tunc tamen officio pleniore & copia maiore  
conuenerant. Erat illuc videre martyres Christi, felicitatem gloriæ suæ, vultus hilaritate  
testantes: ita vt possent prouocare ad propriæ virtutis exempla, etiam si taceret. Sed nec  
sermonis largitas desuit. Nam exhortationibus suis singuli plebem corroborauerunt:  
Et Lucium quidem propter ingenitam lenitatem, & probam ac modestam verecundi-  
am, infirmitas etiā grauis & labor carceris fregerat: ac propterea cum comitibus pau-  
cioribus solus ante prēcessit, nè multitudine nimia pressurę de fusione sanguinis inuide-  
ret: qui tamē & ipse nō tacuit, sed comites suos quomodo potuit instruxit. Cui cūm di-  
cerent fratres, Memento nostri: V os, inquit, mē memenrote. Quanta martyris humilia-  
tis, de gloria sua nec soli sub ipsa passione prēsumere? Julianus quoq; & Victoricus in-  
sinuata diu fratribus pace, & commēditatis omnibus clericis, maximē eis, qui famē car-  
ceris visitauerant, ad passionis locum cum gaudio & sine paurore venerant. Sedenim  
Montanus, corpore & mente robustus, quanquam & ante martyrium gloriolus, quic-  
quid semper veritas postularet, constanter & fortiter dixerit sine villa exceptione perso-  
næ: tamē de martyrio proximo crescens, prophetica voce clamabat: Sacrificans dijs  
eradicabitur, nisi Domino soli. Et hoc frequenter iterabat, insinuans & inculcans, non  
licere, deserto Deo, ad simulacra & manufacta figmenta accedere. Hęreticorum quo-  
què superbiam & improbam contumaciam retundebat, contestans eos, vt vel de copia  
martyrum intelligerent Ecclesiae veritatem, ad quam redire deberent. Deinde lapso-  
rum abruptam festinanter negationem pacis ad plenam poenitentiam & Christi sen-  
tentiam differebat, necnon integrōs quoquè ad tutelam integratatis exhortans: State  
fortiter, fratres, & constanter militate, dicebat. Habetis exempla: nec vos laporum per-  
fidia defruat ad ruinā, sed nostra tolerantia magis adficiet ad coronam. Virgines quo-  
què singulas admonebat, vt sanctitatem suam tuerentur. Generaliter omnes doce-  
bat, vt Pr̄positos venerarentur. Pr̄positis quoquè ipsi concordiam pacis insinuans,  
nil esse melius aiebat, quām Pr̄positorum vnam voluntatem: tunc & plebem  
posse

Montani  
polaria laus.

Appāret  
hinc, hos  
martyres  
Cypriani  
atate vi-  
xisse.

pōsse ad sacra obsequia prouocari, & ad vinculum dilectionis animari, si rectores plebis pacem tenerent. Hoc enim est propter Christum pati, Christum etiam exemplo sermonis imitari, & esse probationem maximam fidei. O exemplum grande credendi.

Cūm autem iam carnifex imminaret, & gladius super cerauices eius libramento nutante pendēret, expansis ille manibus ad Deum, voce clara, itā vt non tantū ad totius plebis aures, sed & ad gentiles quoquā ipsos sonus vocis euaderet, orauit, rogans & deprecans, vt Flauianus, qui per suffragium populi de comitatu eorum remanerat, sequeretur die tertio. Et quō precis suā fidem faceret, manualem, quo oculos fuerat ligaturus, ip̄ parts duas discidit, & iussit alteram reseruari, qua Flauiano oculi post crastinum ligarentur. Sed & in medio eorum solum seruati iussit, vt nec sepulturae confortio separaretur: & perfectum est sub oculis nostris, quod Dominus in Euangeliō suo repromisit, vt qui tota fide peteret, quicquid peteret, impetraret. Nam post biduum, secundūm quod postulatum fuerat, Flauianus quoquā productus, gloriam suam passione perfecit. Quoniam tamen, vt suprā dixi, etiam ip̄ se mandauit, vt bidui moram memoratis causis iuberemus, faciendum erat necessitate maiore, quod fieri meritō debebat, etiam si non iuberetur. Post suffragia illa, post voces, quibus quasi pro salute eius amicitia inimica surrexerat, reuocabatur in carcerem virtute robusta, mente invicta, fide plena. Nihil de animi eius vigore mutilauerat remanendi quidem contemplatio, quā quemuis posset mouere. Itā fides, quā imminentem passionem tota deuotione prāsumperat, temporanea impedimenta calcabat. Harebat lateri eius incomparabilis mater, quē prater fidem, qua ad patriarchas pertineret, in hoc etiam se Abrahā filiam comprobauit, quē filium suū & optabat occidi, & quōd interīm remansisset, constabatur glorioſo dolore.

O matrem, religiosę piam, o matrem inter vetera exempla numerandam. O Macha- bæicam matrem, nihil enim interest de numero filiorum, cūm perindē & hęc in vnicō pignore totos affectus suos Domino mancipauit.

Sed ille collaudans matris animum, vt dilationem suam non doleret, Scis, inquit, mater meritō caſtissima, vt ſemper tentauerim, ſi confiteri contigillet, martyrio in eo frui, & frequenter caſenatus videri, & ſapē differri. Si ergō contigit, quod optauit, gloriantum eſt potius quām dolendum. Et cūm ad carceris ianuam veniretur, difficultiū multo & tardiū quām solebat, aperiebatur, obnitentibus etiam carcerariorum ministris: itā vt videretur obſfirmatum, ſpiritu quodam repugnante atque reſtantre, indignum eſſe, carceris ſordibus cum foedari, cui cæleſte habitaculum pararetur. Quia tamē diuinitatis corona dilata, dignas cauſas habebat, iam cæli & Dei hominem inuitus carcer admisit. Qualis illuc mens fuit biduo illo, quē ſpes, quā' ve fidutia, cūm martyris Dei animus & de collegarum petitione prāfumeret, & de ſua crederet paſſionem futuram? Dicam, quod ſentio. Dies ille poſt biduum tertius, non quaſi paſſionis, ſed quaſi reſurrecționis dies ſuſtinebatur. Admirans erat deniq̄e turba gentilium, qui vocem Montani petentis audiērant. Poſtquām verò produci tertio die iuſſus eſt, rumore cognito, confluabant increduli & perfidi, fidem martyris probatū. Egrediebatur de carcere Dei teſtis, iam ad carcerem non reuersurus. Communis omnium magna lætitia, ſed magis habebat in animo ſuo certuni, quōd & fides propria & petatio antecessorū ſuorum extorqueret Praſidi vel inuitam, licet populo reclamante, ſentētiā. Vnde & occurrentibus fratribus & ſalutare cupientibus, fide tota pollicebatur, quōd in Fuscano cum omnibus pacem faſturus eſſet.

O magna fidutia, fides vera. Ingressus deindē prætorium, cum miraculo omnium in custodiārum loco ſtabat, expectans donēc vocetur. Illic nos in latere eius constituti eramus, iuncti penitus harentes, itā vt manus manibus teneremus, exhibentes marty- rij honorem, & contubernij charitatem. Ibi condiscipuli eius ſuadebant, cum lachry- mis etiam, vt prāumptione deposita, ſacrificaret interdūm, poſteā quicquid vellet, fa- tūrus: nec incertam illam & ſecundam mortem plusquām præſentem vereretur. Et hęc gentilium verba ſunt, qui dicebant yltimi furoris eſſe, magis mortem mālle \* ti- \* temere, quām viuere.

Sed ille gratias agens, quōd amicitia duce, quantūm in iphis erat, conſultum ſibi vel- lent: tamen & de fide & de diuinitate non tacuit, dicens, multo melius eſſe primo in loco, quantūm ad libertatem integratatis pertineret, occidi, quām lapides adorare.

V'VVV 4 Tunc

Matth. 11.

Gene. 22.  
Mira ſancte  
mulieris  
fortitudo.  
2. Mach. 7.

Tunc deinde summum esse Dominum, qui omnia imperio suo fecerit, ac propter ea solus colendus sit, addens & illud, quod gentiles minùs credunt, etiam si de divinitate quid sentiunt, viuere nos etiam cum occidimus, nec vinci morte, sed vincere: ipsos quoque, si vellent peruenire ad conscientiam veritatis, etiam Christianos esse debere. His illi retuisti & reuicti, postquam nihil per suadelas obtinere potuerunt, ad crudeliorē se misericordiam contulerunt, certi eum à proposito voluntatis sua vel tormentis deponi posse. Et cum admoeri iussus esset, interrogatus à Praeside, quare mentiretur se diacorum, cum non esset, mentiri se negauit. Et cum Centenarius diceret, notariam sibi datum esse, qua contineretur eum fingere, respondit: An non est verisimile me mentiri, & illum verum dicere, qui notariam falsam dedit? Qui cum reclamante populo a didente, Mentiris: iterum à Praeside interrogaretur, an verè mentiretur, respondit: Quod est compendium mentiendi? Ad hoc populus exasperatus, torqueri cum iteratis clamoribus postulauit. Sed Dominus, qui serui sui fidem sciebat, non est passus probati martyris corpus tormenti alicuius vel leui laceratione pulsari. Cor enim regis ad sententiam statim flexit, & testem suum, usque ad mortem fidelem, consummato cursu & agone perfecto, coronauit.

*Ita hilaris ad mortem Flauianus.* Exinde iam gaudens, quia per sententiam datam passionis sua erat certior, etiam iucundo colloquio fruebatur. Et sic effectum est, ut iuberet hac scribi, & ad propria verba coniungi: addi quoque ostensiones suas voluit, quarum pars ad moram bidui pertineret.

*Visio oblati Flauiani no.* Cum adhuc, inquit, episcopus noster solus passus fuisset, ostensum est mihi hoc, quasi Cyprianum ipsum interrogarem, an pati iectu doleret martyr futurus, de passionis tolerantia consulebat, dicens: Alia caro patitur, cum animus in celo est, & nequaquam corpus hoc sentit, cum se Deo tota mente deuouit. O verba martyris, martyrem cohortantis. Negauit esse in passionis iectu dolorem, ut qui & ipse habebat occidi, animari constantius posset, quod nec paruum quidem sensum doloris de passionis iectu haberet. Postea, inquit, cum plures paterentur, contristabar in visu noctis, quod quasi a collegis meis remansisset. Et apparuit mihi vir quidam, dicens: Quid contristaris? Cui cum causam tristitia mea dicarem, ait: Confessor es, tertio martyris per gladium, & sic impletum est. Nam confessus Christum primò in secretario, secundò publicè, reclamante populo, iussus recludi, à collegio suo secundum ostensionem remansit, & produtus post confessiones duas, tertio passionem perfecit. Deinde, inquit, cum iam Successus & Paulus cum comitibus suis coronati fuissent, & ego post infirmitatem conualecerem, video ad domum meam venisse Successum episcopum, vultu pariter & cultu nimis claro, cuius effigies difficulter agnosceretur, eò quod carnales oculi angelico splendore rutilarent. Quem cum vix agnoscerem, ait mihi: Missus sum nunciare tibi, quoniam tu passurus sis. Hoc cum dixisset, statim venerunt duo milites, qui me perduxerunt in locum quendam, ubi erat fraternitatis multitudo collecta, inter quos apparuit mater mea, dicens: Laudo te, quia nemo sic martyrum duxit. Et verè nemo. Nam, ut omittam carceris abstinentiam singularem, & ut accipientibus certis vel modicum cibum, qui de fôrdibus penuria fiscalis exhibebatur, solus se ab ipso modico continuuit, tantihabens ieiunijs multis & legitimis fatigari, dummodo alios viuere saginaret.

*Iohan. 19.* Ad illa igitur veniam, quod cum tanto honore deductus es, qui à tot sacerdotibus comitatus, eius disciplinis omnibus ordinatis, ad instar ducis dirigimur. Sic regnum cum Deo martyrem, iam spiritu ac mente regnante, etiam itineris tota dignitas exprimebat. Sed nec de celo testimonium defuit. Imber largus & lenis temperato rore descendens fluebat, ad multa proficiens: Primò, ut gentiles perniciter curiosos interuentu pluviae refrenaret, & vt diuertendi daretur occasio, ut sacramentis legitime pacis nullus profanus arbiter interesset. Et quod Flauianus ipse ore suo dixit, ad hoc pluebat, ut Dominica passionis exemplo aqua sanguine iungeretur. Sic consummatis omnibus fratribus & pace perfecta, processit è stabulo, quod Fusciano de proximo iunctum est. Ibi cum editorem locum & sermoni aptum condescenderet, silentio manus facto, huiusmodi verba emisit: Habetis, inquit, fratres dilectissimi, nobiscum pacem, si Ecclesiæ noueritis pacem, & dilectionis unitatem seruaueritis. Nec putatis pauca esse, quæ dixi, cum & Dominus noster Iesus Christus, passioni proximus, haec nouissimè dixerit: Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et supremum illud

*Iohan. 15.*

*Memorialis martyris moriunti sententia.* Universitätsbibliothek Paderborn

Iud adiunxit, & in testamenti modum vltima sermonis sui fide signauit, quod Lucinū presbyterum commendatione plenissima prosecutus, quantum in illo fuit, sacerdotio destinavit. Nec immerito. Non enim difficile fuit, spiritu iam cælo & Christo proximante, habere notitiam. Deinde ad locum victimæ, expleto sermone, descendit, & ligatis oculis ea parte, quam Montanus seruare ante biduum iussérat, fixis tanquam ad precem genibus, passionem suam cum oratione perfecit. O martyrum gloria documenta. Ó testium Dei experimenta præclara, quæ ad memoriam posterorum meritò conscripta sunt, ut quemadmodum de scripturis veteribus exempla, dum discimus, sumimus, etiam de nouis aliqua discamus.

**IGNATII MONACHI, QVAE FIT SINGV<sup>TA</sup>**  
LATIM, EXPOSITIO VITAE ET MIRACVL<sup>O</sup>.  
rum sancti Patris nostri Tarasy, Archiepiscopi Constantino-  
politani. Habetur in Metaphraſte.

**N**aturus per ingentem maris magnitudinem, inclyti patris & vita inaccessa præstantis, vereor nè aduersos ventorum flatus lingua agrestis, & vastorum fluctuum obscuritatis excitem, salumq; & tempestatem mihi procurem animæ naufragij. Talis enim est inscitiae temeritas, quæ orationem effundit tanquam paleam, ad nihil quod sit opportunitum conducibilem, & affert damnum ei, quod oportet fieri & est vtile, & in naufragium incidit multiloquij, quod fieri non potest, vt omnino effugiat peccatum, vt est Salomonis & diuinæ admonitio. Hoc meum reprimit ingenium & terret cogitationem, & refrenat orationem, & diuinarum viri dotum profundum intueri properantem, retardat. Sed cum altum longi temporis silentium res eius tegens esset multorum auribus damnum allatum, vt quæ teneantur desiderio audiendi res optimas & præstantissimas, quæ ab illo in vita gestæ sunt, vt quæ sint plenæ utilitate animæ, agè valere iubens omnem dubitationem, pauca quædam de ipso, quæ dignatus sum videre oculis, & quæ accepi auribus, & quæ ipsa noui experientia, & in mea humili & egena scio manere memoria, cum pura & sincera veritate in lucem edere, si Deus concedat, iam conabor. Nam etsi non possim dicere pro dignitate, non idèo vniuersum deseram: sed quia nolo abscondere talentum, sicut ille malus & piger seruus, idèo quod Deo gratum est prompto & alacri animo offerre Matth. 25. pro viribus, etsi non potero debitum soluere cum fœnore, in eo quidem certè, quod sortem exerceam & procurem, vtei nihil detrahatur, ero aliqua ex parte accipiens.

Hic ergò sacrosanctus & magnus Tarasius, qui Christi mansuetudinem & humilitatem ab infantia usque ad senectutem imitatus pulchre expressit, in cuius, sicut prius dixi, virtutum mare me vt natorem demisi, quisnam esset & vnde, & ex qua patria & parentibus ortus sit, arduum fuerit dicere, ijs etiam qui ex scientia sciunt amplè & magnificè dicere, non solùm mihi, cuius est planè humilis & abiecta oratio, tantam præclarigeneris ab alto repetere magnitudinem, & à majoribus deduciam eius stirpem recensere, qui gloriari non vult eiusmodi laudibus, neq; fluentibus diuitijs eorū apponere, conuenienter diuino Psalmographo, vñquam est meditatus. Hoc vnum autem possumus dicere, quod omni authoritate & maxima excellentia apud eos, qui per id tempus imperabant, Georgius eius pater, & rei nomen conueniens fortita mater eius Encratia, propter summam iustitiam primas partes obtinuerunt, ex patriciorum serie deriuati, appellati patricij. Quorum pater quidem cum ascendisset ad altitudinem tribunalis judicialis, integrum & incorruptum ius omnibus ex æquo tribueret, Solone & Lycurgo antiquis illis legislatoribus, conspectus fuit longè iustior. Qui etiam aliquando rectam & legibus conuenientem tulit sententiam, cum quid esset iustum tunc ignorassent, qui videbantur imperium obtinere, neque id vellent exequi. Iuris vero difficultas in his fuit: Pauperculæ quædam fœminæ, fuerant grauissimi criminis accusatae. Quænam autem fuerit ea accusatio, iam dicam.

Accu-

Suidas huc  
Ignatii dis-  
cit fusile di-  
aconum &  
valorum cu-  
stodē ecclæ-  
siae Cōstan-  
tinopolita-  
ne, & Mc-  
tropolitanū  
Niceæ.  
25. FEBRVA.